



ORIBASIVS DE LAQUEIS EX HERACLE,

Vido Vidio Florentino interprete.

VIDIVS LECTORI.

Laudatur liber de laqueis a Galeno in libro de fasciis, quauis alibi quoque mentione facit laqueorum, q. hoc opere continet, referat tamen hic liber in graeco exemplo ad Oribasium auctorem, quicquid est, opus vtilissimum est, sine quo multa sunt, quae in medicinali arte nec comprehendi, nec praestari possunt, pertinet enim laquei non modo ad faciendum, sed etiam ad extendendum ossa fracta, vel suo loco mota, seu aequaliter, seu inaequaliter adhibere vim oportet: tum ad curanda atque alliganda membra, dum manus adhibetur.

Quae ratio sit laquei attollentis.




Attollentem habena adhibetur duplicata, cuius vtriusque caput sinistra manu continetur, sinus vero dextra prehenditur, & capitibus superinijcitur, sic, ut capita sita sint in medio sinu. quo fit, ut ex vna parte, laquei nexus feratur, capita ex altera. Habet autem hic laqueus facultatem extendendi aequaliter, pertinetque non modo ad extendendum membra, sed etiam ad continentium, cum in sua sedem compelluntur, & ad figurandum corpora, ubi quid manu fieri oportet. Recte quidem eas partes intendit, quae binis ossibus continentur, quandoque enim alterum vitiosum sit, sinus super ipsum, capita super integrum imponuntur. nam sinus corpori inhaerentes affectam partem vehementer distendunt, at capita, cum recedant a corpore,

eam partem, quae bene valet, vel nihil omnino intendunt, vel certe quam minimam. Membris quoque, cum reponuntur, aptissimus est, sicuti cubito, cum in aliquam trium partium excidit, in quas ubi prolapsus est, brachium curuū est, neque extenditur, id est in posteriorem, interiorē, atque exteriorē. in quo casu laqueus ossibus brachij iuxta primam palmarum partem inijcitur, capitaque eius sublimiora feruntur, & ut retinacula sint, ad aliquid immobile deligantur. Ad figuranda in super corpora, ubi manu medemur, adhibetur commodissime. in ijs enim, quae iuxta anum vitia infestant, ubi tractantur, brachia popliteis subiiciuntur, & huiusmodi habena attollentes ab brachia dantur in vicinia manus, eorumque capita ad ceruices hominis adducta, inter se vincuntur. quoniam attollens laqueus non solum inijcitur implicitus, sed super membrum quoque circumponitur. suspensa enim fascia sinus membro subiicitur, capitaque eius per medium sinum traiciuntur, eaque ratione circumpositus conficitur.

*Quo modo laqueus Nauticus
debeat adhiberi. II.*


Ex medio sinu duplicatae habena duos ite
sinus facere oportet, eosque iter se pmutatos
ita



A ita collocare, vt interior extrinsecus, exterior ab interiori parte situs sit. hac enim via nexus laquei ab vna parte, capita ab altera procedunt. Est autem idoneus ijs, quæ extendi inæqualiter debent: valet item ad continendas ferulas, quæ fracturis accommodantur. iunctura nanque adhibita vnum habenæ caput sinistra manu teneatur, alterum vero per affectam partem voluetur, sic, vt vnus & alter sinus fiat, per quos reliquum habenæ caput traiciatur, vt ab ea parte, quæ in nos spectat, versus contrariam porrectum sinistra rursus contineatur. quo iniecto ferulæ in sinus demissæ ad vitiosum membrum dentur, capitaq; attrahantur, & inter se alligentur, vt ferulas teneant. Valet item ad cubitum sustinendum, non secus atque ad intentionem, aut ad ferulas continendas, imponitur enim, implicaturq; ad cubitum suspendendum, vbi lata fasciæ non est. in quo casu sinus ita inter se diducendi sunt, vt alter prope cubitum sit, iuxta manum alter, capita vero ad cervicem adducenda sunt, ibiq; nodo inter se deliganda.

Laqueus χιῶσός quo modo impli-
cetur. I I I.

B Ad χιῶσόν habena duplicanda est, cuius vtrumque caput sinistra manu continendum: sinus vero dextra prehensus conuertendus est, sic, vt capita ad similitudinem literæ X aduersa inter se sint, inde enim nomen habuit χιῶσός. quò factò sinus capitibus X literam referentibus superiniiciendus, quodq; ex his subiectum est, per medium sinum attrahendum. eoq; fit, vt medius laquei nexus appareat: à lateribus vero, hic sinus vnus, inde duo capita se ostendant. Valet autem, vbi oportet inæqualiter distendere,



C à lateribus vero, hic sinus vnus, inde duo capita se ostendant. Valet autem, vbi oportet inæqualiter distendere,

Pastoralis laqueus, qui et Sanda-
lus dicitur, quo modo ini-
ciatur. I I I I.

D Pastoralis, dictus à quibusdã Sandalius, cum eo implicatur, quem χιῶσόν nominauimus, hic siquidem primo est adhibendus, vt Sandalius fiat: quo iniecto sinus eius dependens attrahi debet ab inferiori parte sursum, per medium eius sinus, qui contra capita situs est. sic enim ab vna parte laquei nexus, ab altera capita collocantur: in nexu vero terni sinus, duo scilicet à lateribus, tertius in medio conspiciuntur. Adhibetur autem commodissime ad talum prolapsum, vbi reponitur. vnus enim sinus à posteriori parte tali super latum nervum datur, à priori alter ad partem pedis superiorem, medius, hoc est tertius, plantæ subiicitur. quo factò capita ad id vinciuntur, quo extendendi causa vitimur, neque talo duntaxat conuenit, sed maxillæ, quæ excidit, vbi in suam sedem compellitur. vnus enim sinus ad frontem hominis, alter ad occipitium datur, medius per os procedit vtrinque sub malis, capita vero per tempora ad ægri caput feruntur, ac siue, vt retinacula sint, siue, vt à superiori parte extendant, ibi inter se vinciuntur.



Draco laqueus, qua via iniicitur. V.

Ad laqueū draconē media habena à posteriore parte tali, incipiat iuxta latum neruum: capita vero versus priorem ferantur ad superiorem partem pedis, vbi X literæ similitudine accepta, ad plantam porrigantur, & rursus inter se aduersa eandem literā representent, post hæc circa talum, vel ab inferiori parte sursum, vel à superiori deorsum circumdētur, tum deligentur ad id, cuius opera ad extendendū vtimur. Facit autem hic laqueus ad talum suo loco motum, vbi reconditur.

Qua ratione is laqueus adhibeatur, quem simplicem nodum dixerunt. VI.

Laqueus, cui nomē est simplex nodus, à qui busdā Perineos appellat. Quocunq; aut voce tur, eius rō ē. Habena simplicē nodū accipiat, eiusdēq; sinus attrahat, capita vero depēdeat: deinde mēbrū, quod reponere opus est, inter superiores sinus collocādū, tū alter sinus i alterū insitus, ad capita ducēdus, cōi q; nodo cū capitibus ad id vinciedus, quod ad intēdēdū adhibemus. Habet aut inēqualē extēdēdi facultatē.

Lupus laqueus quo modo nectatur. VII.

Duæ habena iustæ lōgitudinis duplicent sic, vt capita ab eadē parte collocent, sinus inter se aduersi sint, tū capita, q̄ ab inferiori parte, sursum, q̄ à superiori, deorsum vellant, sic, vt medius laquei nexus, vtrinq; vero bina capita se ostēdant. Habet aut vim extēdēdi æqualiter, p̄tinetq; nō mō ad ossium, q̄ restituuūt, intētio nē, sed in herniæ curatione ad mēbranā abdominis adstringēdā, itē ad vincieda venarū capita sanguinē fundētia. Nos aut in sinus coniicere lina simplicia cōsueuimus, quæ coi medicorum vocabulo, q̄ relaxent, *χασμίου* dicuntur, neq; hæc ipsa temere adijciunt, sed vt, vbi que arctata sunt, remittere volumus, p̄ lina id præstemus, & non per capita.

Nodi Herculei ratio.

VIII.

Ad nodū Herculeū, habenā adhibere oportet, q̄ duos nodos accipiat inter se distates, quo fit, vt Hercules nodus vtrinq; se ostēdat, hinc aut sinus, inde vero sint capita duo. Valet vbi æqualiter intendere consilium est. Quod si sinus, qui contra capita est, medius icidatur, à lupo laqueo non differet.


Simplex charchesium qua via implicetur. IX.

Ad simplicē charchesium, q̄ vim habet extēdēdi æqualit, duplicari habena debet, capitaq; eius sinistra manu contineri, sinus vero dextra sursum cōuersus sup̄poni capitibus, quæ media opus est aduersa inter se collocare in speciem X. I. æ. eo factō sinus capitibus iniectus, à superiori parte deorsum attrahat, p̄ mediū eius partis, qua X literæ fuit accepta similitudo, sic enim laquei nexus medius apparet, ab vno latere sinus vnus, ab altero duo capita.

Duplex charchesium quo modo implicetur.

X.

Duplex charchesium æqualiter distendit, ac simplici longe est efficacior, eius aut ratio est. Habenam prehēdimus duplicatam, capitaq; leua cōtinentes, sinū patimur dependere. tū ex capitibus, quæ cōtra sinū sunt, alterū duplicamus, sic, vt parvus sinus fiat, quē in sinistra manu ponimus, alterum



E

E

G

H

A terum per sinum traicimus, deinde nexum per sinus conuertimus, et in sinistra collocamus, quo facto, ex capite, quod contra sinum est, rursus alterum sinum efficimus, quem nexui adiungimus: postremo pendentem sinum per medium nexum trahimus, ab inferiori parte sursum, quo fit, vt ab vno latere sint duo capita, ab altero vnus sinus, quibus laquei nexus medius interijciatur.

Duplex charchesium, quo ex simplici fiat. XI.

Cum duplex charchesium varie consueuerit implicari, siquidem per se interdum, iterum fit ex simplici, nonnunquam conficitur circūponendo, supra demonstratum est, quo modo per se iniiciatur, nunc qua ratione ex simplici fiat, exponemus. Adhibere igitur primo simplicem charchesium oportet, sinusque alterum ab altero diducere, deinde eum, qui subiectus est, in superiorem conijcere, & similiter vtrūque diducere, ac per spacium, quod ipsis medium iterijciatur, sinum qui contra capita est, ab inferiori parte sursum attrahere. sic enim rursus laquei nexus medium sese ostendit, hinc vnus sinus, inde binna capita conspiciuntur.

Duplex charchesium, quo modo implicetur circumponendo. XII.


Quonia vehemēti validorum corporum intentione, laquei capita, ex vna parte sepius rumpuntur, ante perfectam intentionem, ne cogamur intendētis adhuc laquei capita relaxare, charchesium circūponimus. Tenentes igitur sinistra manu caput, circa membrum restituedū tres sinus efficimus inter se distantes ita, vt ex his quod factis est, dependente post hanc primum sinum in postremum demittimus, & semel aut iterum eos conuertimus, per quos medium sinum rursus attrahimus, quo fit, vt circa membrum laquei nexus, ab vno latere vnus sinus, ab altero duo capita se ostendant.

Plinthij, quod aliquando quadruplex circulus dicitur, quae ratio sit. XIII.

Ad Plinthij laqueum, adhibet habena circulum representans, id est sine capitibus, haec ab interiori parte manus, pollicibus minimisque digitis circumdat, necnon vtrique indici, vt sinus in vtraque manu terni sint, vnus circa minimum digitum, circa indicem alter, tertius super pollicem. post haec, sinus, in quos insiti pollices sunt, ad proximos minimis transferunt, tum ad indices, qui minimis inserti fuerunt, deinde sinus, in quos indices demissi postremo erant, medij a pollice a superiori parte deorsum vellunt, sicque ab vno latere duo sinus, totidem ab altero, medium inter hos laquei nexus ad rhombi similitudinem conspectui subiiciunt. Habet autem aequalē intendēdi facultatē, & non solum ad intentionem, sed videt ad mentem quoque fracti compositio ne pertinere, nam mentum ipsum sub fractura aliquando puerum, in laquei complexu, rhombum referēt inserit ab exteriori parte, sinus vero per malas, partesque superiores, ad summum caput feruntur, atque ibi inter se deligantur.

Laqueus Epangylosus (ita enim appellatur, quoniam sinus super sinum iniicitur) qua via inseri possit. XIII.

Ad Epangylosorum, vnum habent caput, inter sinistrae manus pollicem et indicem collocamus, eaque extrinsecus ultra primam palmae partem adducimus, inde per palmam ipsam, datam, inter pollicem & indicem



Oribasius de laqueis.

& indicem vtriusq; manus attrahimus, post hæc inter minimum & proximum digitum demitti-
mus. eo facto habenæ caput dextra manu sursum vellimus, extremâq; partem iter minimum ac
proximum digitum tenemus, quo fit, vt duo sinus efficiantur, inter quos attractus nodus apparet.
Facit autem ad corpora figuranda, vbi manu curatio adhibetur, inter sinus enim vtrâq; manu ho-
minis coniecta, reliquis habenæ partibus totum corpus firmiter continetur.

Ratio eius laquei, quem auriculas non-
cupant. X V.

Ad auriculas, epangy lotus primo inijciendus, danda autem opera est, vt alter sinus amplior sit, quem implicare oportet ad modum laquei chialti, sic, vt duo sinus oculis exponantur, inter quos, quod ex habena dependet, duplicatum se ostendat. Recte autem adhibetur, vbi prolapsa maxilla reponitur, tum ad processus capitis recondendos, sinus enim dantur ad tempora ægrotantis, quodq; inter eos duplicatum conspicitur, ad frõtem, deinde vinculum illud inijcitur, quod leporè auritum appellant, postremo auriculæ, vel vt contineant, vel vt à superiori parte extendant, super caput offensi porriguntur.



Laqueus duos habens sinus (quem nonnulli minus proprie strangulantes dixerunt) quo modo inijciatur. XVI.

Laqueus, quem duos sinus habentem appellant, ex binis constat chialtis, quorum alter ab altero diducitur. Est autem aptissimus ad corpora figuranda, vbi vitia iuxta anum curantur, siquidem brachia subiecta poplitibus, eius modi laqueis adstringuntur: at pars, quæ mediâ inter sinus duplicata depõdet, ad ceruicem hominis fertur, atq; hac via corpus figuratur.



Ratio laquei, quem strangulantes proprie nuncupant. XVII.

Laqueus, qui proprie strangulans nuncupatur, ex simplici fit charchesio, hic enim primo inijcitur sic, vt alter sinus ab altero distet. Conferunt autem ad quos proxime expositus, brachia nãque rursus coniecta in sinus coarctantur, & ea pars habenæ, quæ duplicata est, mediâ similiter collocatur, in eamq; ceruices inferuntur.



Quo modo adhibeatur laqueus vñgæ-
sæctos, id enim nomen traxit ex eo
quòd supra feratur. XVIII.

Hyperbatus fit ex laqueo Nautico, siquidem in hunc primo implicitum brachia inferri debent, sinusq; inter se diduci, & capita ad ceruices deligari.

Laquei igitur, quorum expeditissima comprehensio est, huiusmodi sunt.



FINIS ORIBASII
DE LAQUEIS.